Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">>

delitatis: Cui hi talia sacrificia non horreant: Denique placere quibus dicuntur
ac fides ipsa: non nulli suspicantur deorum cultum non sine causa malum
putari cum multis hominibus: ut emori malint: quam id facere: quod
alii faciunt: ut uiuant: Aliquis cupit scire quod nam sit aliud bonum quod
ad mortem usque defenditur: quod omnibus: quae in hac uita iucunda sunt
& cara preferatur: a quo neque bonorum neque lucis amissio: nec dolor corporis nec
uiscerum cruciamenta deterrent: Valent hec plurimum: Sed ille maximecau
se nostrorum iuum semper auxerunt: Audit circumdantes populis inter ipsa tormenta
dicentes: non sacrificare se lapidibus humanis manu factis: sed deo unico: qui
sit in celo multa hoc uerum esse intelligunt: & impenis admittunt: Denique
ut fieri solet in rebus mortis: dum inter se inuicem queruntur: que sit huius p
seuerantie causa: multa ad religionem pertinent diuulgata: atque rumorem
uicissim accipiata discuntur: que quia bona sunt: placent: necesse est:
Preterea ultro consequuta: sicut semper accidit ad credendum uehementi pellit:
Ne hec quidem leuis causa est: quod immundi demonum spiritus accepta licentia multorum
se corporibus immergunt: quibus postea eiecti omnes: qui insanam fuerunt: ad
herent religioni cuius potentiam senserunt: He tot cause in unum colla
te magnam deo multitudinem mirabiliter acquirunt:—

XXIIII.

Quicquid ergo adiuisus nos mali principes moliuntur fieri ipse per
mittit: & tamen mutissimi persequitores: quibus dei nomen
contumelie atque ludibrio fuit: non se putent impune latu
ros: quia indignationis eius adiutus nos eius qui ministri fuerunt: Punie
tur iudicio dei. Quia accepta prius supra humanum modum fuerint abu
si: & insultauerint deo superbis eiusque nomen eternum uestigiis suis subiece
rint impie nephanteque calcandum: Propterea iudicaturum se in eos scelerum pol
licetur: exterminaturum bestias malas de terra: Sed idem quis populi sint ver
atones & hic in puniri soleat uindicare: tamen iubet nos expectare patienter
illum celestis iudicii diem: quo ipse pro suis quemque meritis aut honore aut
punit: Quia apud non sperent sacrilege anime contemptos & multos fore
quos sic obterunt: Venient rabiosis ac voracibus lupis mercede sua: qui iusti
tas & simplices animas nullis facinoribus admissis excruciauerunt. Nos
tamen modo laboremus: ut ab hoibus nihil aliud in nobis: nisi sola iusticia
punitur: Demus operam totis uiribus: ut mereamur a deo simul &
ultionem passionis. & premium:—

Quintus lactancy liber diuinarum institutionum feliciter finit.